

לִמְרָ לόγος, at לִמְרָ לόγιον, 2) חַטָּאת ἁμαρτία, at חַטָּאת ἁμάρτημα, 3) רִבְּ אκριβασμός, at רִבְּ אκρίβεια, 4) יְהוּ אָμα, at יְהוּ ὁμοῦ, 5) הַשִּׁיּוֹ vel הַשִּׁיּוֹ שωτηρία, at הַשִּׁיּוֹ שωτήριον, 6) כֹּ אώς, at כֹּ ὁμοίως vel ὁμοιος, 7) מִשְׁכָּל סκάνδαλον, at מִשְׁכָּל סκανδαλισμός, 8) דִּקְצָ דικαιοσύνη, at דִּקְצָ δίκαιον, 9) קֶ τέλος, at קֶ תֵּלֶסְמָ, קֶ תֵּלֶסְמָ, קֶ תֵּלֶסְמָ τέλεσμα vel τελευταίον, 10) עַ κακόν, at עַ κακία. In eligendis graecis verbis has duas res videtur ille spectasse: primum imitabatur genus vocum hebraicarum lingua graeca, masculinum graecum et neutrum ponens pro masculino hebraico (cf. exempla 2. 3. 5. 8. 10), longiorem vocem graecam pro longiore voce hebraica (cf. ex. 1. 4. 6—9). Omne autem in vertendo tulit punctum exemplo quarto, ubi אָμα et ὁμοῦ etiam numero litterarum cum יְהוּ et יְהוּ congruunt et ὁμοῦ eadem littera finitur qua יְהוּ (υ = ο). Quas omnes distinctiones admirabili quadam constantia servavit, putamusque Aquilam non modo fuisse ferreum voluntate, sed, quoniam unam quamque vocem hebraicam ubicunque invenitur eadem voce interpretatur, mira etiam memoria, nisi forte, priusquam inciperet vertere, glossarium graeco-hebraicum perfecit certa regula ac disciplina uniuscuiusque vocis hebraicae versionem graecam constituens.¹ Aquilae versio cum ab iis qui non erant Iudaei multis locis intellegi omnino non posset, non miramur Hieronymum illas prodigiosas interpretationes ut σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν irrisisse. Contra Iudaei summam ei auctoritatem tribuerunt et per saecula ea etiam in synagogis usi sunt. Tum demum, cum communia iudaica totius imperii byzantini coeperunt postulare ut ipse textus hebraicus nosceretur, Aquilae versio auctoritate privata periit paucis particulis conservatis.

5. Non multo post Aquilam, etiam altero p. Chr. n. saeculo duae aliae versiones graecae factae sunt, a Theodotione et a Symmacho.

Theodotio non ab integro vertit, sed versionem LXX respiciens correxit textu hebraico adhibito. Eius operis duos locos in commentariolo „Über Theodotion-Lesarten im N. T. und Aquila-Lesarten bei Justin“ (Zeitschr. f. neutest. Wissensch. 20 [1921], p. 182—199) perscrutatus sum, ut statuerem scriptoresne Novi Testamenti, id quod complures suspicati sunt, versione Theodotionis vel Prae-Theodotionis usi essent. Quos locos, cum demonstrent eius

¹ Alia de arte et ingenio Aquilae invenies praecipue apud Fr. Field, *Origenis Hexaplorum quae supersunt I* (1875), p. XXI—XXIV, apud Joseph Reider, *Prolegomena to a Greek-Hebrew and a Hebrew-Greek index to Aquila* (Philadelphia 1916) et in *Mitteilungen des Septuaginta-Unternehmens* 1, p. 240 ff.